

TRACTATUS JURIDICUS  
DE  
PROCESSU  
FORI LEGITIME INSTI-  
TUENDO ET ABBREVIANDO,  
LITIGIORUMQUE ANFRACTIBUS  
PRÆSCINDENDIS,

Ex Jure communi, Ordinationibus  
Judiciorum & nuperrimo Recessu Imperii,  
editus

à  
JOHANNE BRUNNEMANNO, J. U. D.


SERENISSIMI ELECTORIS BRANDENBURGICI  
Consiliario, Decretalium in Academia  
Francofurtana Professore & Facultatis  
Juridicæ Ordinario ac  
Seniore.

Editio Tertia multò Auctior & Correctior.  
*Cum Privilegio speciali Sereniss. & Potentiss.*  
ELECTORIS BRANDENBURGICI.

---

*Wittebergæ*

Sumptibus Hæredum Jobi Wilhelmi Fincelii,  
Typis Samuelis Krebsii, Typograph. Jenens.  
ANNO MDC LXXII.



*Christianus Knorr*

Est palmare decus Timidos BRUNNEMANNUS in ista,  
 Quæ sculptus, facies cernitur, Effigie.  
 Præclaras animi dotes testantur abunde  
 Impresa aratis aurea Scripta typis.  
 In faciem spectas, qui dotes mentis honoras,  
 Dic: BRUNNEMANNE, DEO vive bonisq. illis.  
 Febr. 29. Mart 1666.

*D.M.D.*



## CAPUT PRIMUM

judicantium incommodo, animum adjeci ad ea colligenda, quæ ad reformandum Processum Juris quâcunque ratione facere posse mihi videbantur. Stimulum mihi addidit cum aliis, quod mihi etiam hæc de re cogitandi fuerit data occasio & injuncta Sparta. Duo autem sunt, quæ me à proposito deterrere possent: Unum, quòd satis hæc de re ab aliis dictum, nec tamen quicquam hæc in re apud plerosque profectum, & quòd vitia remediis sint fortiora; sed huic obstaculo hoc oppono, quod in virtutibus moralibus sufficiat voluntas, & quòd justus dicendus etiam ille, qui tamen justè agere non possit, modò velit, ut ex Grotio ait *Stephan. Narben. tract. de Justit. vuln. part. 2. tit. 2. c. 1. in fin.* Nec apud nos res desperata est, cum Serenissimus Elector jam dudum Consilia ceperit administrationis Justitiæ in meliorem statum reducendæ.

Alterum quod metuo, sunt perversa nonnullorum judicia, quibus volupe est, aliorum secreta pervestigare, omniaque in pejorem interpretari partem; Erunt quippe qui dicent, hæc in scenam produci sinistra intentione, studio fortè ostentationis, vel eo fine, ut alii justitiæ Præfecti per obliquum quasi perstringantur. Sed his nihil repono, nisi quod *Apostolus 1. Cor. 4. ait: Non esse judicandum de hominum intentione ante præstitutum tempus, sed Domino hoc judicium transferibendum esse, qui manifesta aliquando faciet consilia cordium.* Interim dicendum, quod res est, debita tamen cum modestiâ, cujus semper habebitur ratio. Ostentationi hic non litatur; sed justitiæ.

Sit ergò adjuvante DEO.

## CAPUT PRIMUM.

DE

PROCESSU IN GENERE, EJUSQUE SPECIEBUS ET PERSONIS IN PROCESSU JURIS INTERVENIENTIBUS.

SUMMARIÆ.

N. 1. Quid Processus? Quid 2. Duplex Judicium Exterius:  
Judicium. & Interius.

3. Ad.